

1511.

1306 d. 26 Sept.

Biskopen i Wexiö MAGNI bref, med förklarande, att den frihet från alla Biskopsrättigheters utgörande, han af Biskop Lars i Linköping åtnjutit på sin kyrkas gods i Finheden med der varande bestämdt antal tjenare, var icke en följd af någon rättighet, utan af Biskopens i Linköping särskilda välvilja.

B. 3: 46.

Omnibus presens scriptum cernentibus MAGNUS dei gracia wexionensis episcopus salutem in domino sempiternam. Tenore presentis Recognoscimus. nos caritatis beneficia que nobis impenderat venerabilis pater et in christo predilectus nobis frater dominus. L. dei gracia lincopensis episcopus videlicet bona ecclesie nostre in finnid, situata cum tot famulis quot in littera eiusdem domini continentur ab omni iure episcopali libere concessa non iure sed et gratuito beneficio retinere In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum Datum anno domini M CCC sexto die lune proxima ante michaelis.

1512.

1306 d. 7 Oct.

Lagmannen i Wermland, ALGOT JONSSONS bref om försäljningen af hans qvarn vid Kerkestad till Biskopen i Skara.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, ALGOTUS JONSSON wermalandie legifer salutem in domino, noueritis vniuersi me molandinum meum situm iuxta kerkestadhum domino meo skarensi cum omnibus attenenciis vendidisse, In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup> die beati marci pape venerabilis.

Sigillet affallet från den ur brefvet klippta remsan.

1513.

1306 d. 9 Oct.

Linköping.

DOMPROSTENS och DOMKAPITLETs i Linköping tillkännagifvande, att de ingen rätt ega till sten i Wreta klostres stenbrott, utan att de bryta der till följe af klostrets särskilda tillåtelse.

A. 3: t.

Omnibus presentes litteras Inspecturis PREPOSITUS et CAPITULUM Ecclesie lincopensis, salutem in domino, sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter, quod effodiendi lapides in lapidicina monasterii wrethæ nullum ius habemus, sed recognoscimus nos hoc habere ex concessione do-